BIBLIA LATINA, BD. 2
Salzburg (?), 2. Viertel 14. Jh. Seite 135r
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=46681
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



ad me. Vade et propheta ad po
pulum meum israel. Et nunc audi
uerbum domini. Tu dicis. Non
prophetabis super israel. et non stillabis
super domum ydoli. propter hoc hec
dicit dominus deus. Uxor tua in
ciuitate fornicabitur. et filii tui fi
lie que tue in gladio cadent. et humus
tua funiculo ~~tuo~~ metietur. Et tu
in terra polluta morieris. et israel
captiuus migrabit de terra sua.

VIII

Hec ostendit
michi dominus deus. Et
ecce uicinus pomorum.
Et dixit. Quid tu uides amos. et
dixi. Uncinum pomorum. Et dixit
dominus ad me. Venit finis super
populum meum israel. Non adiciam
ultra ut pertranseam eum. Et stri
debunt cardines templi. In die
illa dicit dominus deus. Multi u
morientur. in omni loco proicien
tur silentium. Audite hoc qui con
teritis pauperem. et deficere facitis
egenum terre dicentes. Quando
transibit messis israel. et uenundabi
mus merces et sabbatum. et apperi
emus frumentum ut imminua
mus mensuram. et augeamus si
clum et subponamus stateras
dolosas. ut possideamus in argen
to egenos. et pro calciamento pau
peres. et quisquilias frumenti ue
nundabimus. Iurauit dominus
in superbiam iacob. si oblitus fuero
usque ad finem omnia opera eorum
Numquid non super isto commouebitur
terra. et lugebit omnis habitator
eius. Et ascendet quasi fluuius eius
uniuersus. et eicietur. et defluet quasi
riuus egypti. Et erit. In die illa di
cit dominus. occidet sol in meridie
et tenebrescere faciam terram in
die luminis. Et conuertam festiui
tates uestras in luctum. et omnia can
tica uestra in planctum. Et indu
cam super omne dorsum uestrum
saccum. et super omne caput uestrum
caluicium. Et ponam eam quasi
luctum unigeniti. et nouissima eius
quasi diem amarum. Ecce dies
ueniunt dicit dominus. et mittam
~~faciem meam~~ in terram famem
et non famem panis. neque sitim aque
sed audiendi uerbum dei. Et commo
uebuntur amari usque ad mari. et
ab aquilone usque ad orientem. et cir
cuibunt querentes uerbum domini.
et non inuenient. In illa die defi
cient uirgines pulchre. et ado
les centes in siti. Qui iurant
in de licto samarie et dicunt.
Uiuit dominus deus tuus dan
et uiuit uia bersabee. et cadent
et non resurgent ultra.

IX

Uidi dominum
stantem super altare. et dixit
Percute cardinem. et commo
ueantur superliminaria. Auaricia
enim in capite omnium. et nouissimus
eorum gladio interficiam. Non
erit fuga eis. Et qui fugerit ex eis
non saluabitur. Si descenderint
usque ad infernum inde manus mea
educet eos. et si ascenderint usque
in celum inde detraham eos. et si

135